



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

**VD18 13723553**

Sacra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

perioribus localibus: applicandi extra Societatem: Provincialibus verò, extra Societatem fit libera facultas quamcumque summam applicandi; intrà Societatem verò usque ad ducentos ducatos tantum.

Utrum in læsionibus necessaria sit restitutio in integrum, vide quæ habentur suprâ verbo *Privilegia*. §. 9.



## SACRA.

§. 1.

*Facultas pro laicis, tangendi calices, &c.*



**N**ostri, qui inserviunt Ecclesiis Societatis in Sacristæ officio, etsi sacros Ordines non habeant, si modò primam habeant tonsuram, possunt tangere calices, & corporalia. Concessit Major Pœnitentiarius, eâ tunc facultate pollens, P. Joanni Polanco: ut constat ex Libro M. S. V. V. O. fol. 12. & 20. Per privilegia tamen Minorum, omnes laici possunt tangere Ecclesiastica paramenta, calices, & corporalia, debita cum reverentia, ac eadem corporalia lavare, cum expedierit. Ex cõcessione partim Calixti III. Orac. non authenticato, ut in Bull. Reg. inter ejus Orac. n. 3. par-

pa  
eju

rio

ta,  
fcie  
Six  
aut  
me

St  
S

fan  
aliu  
run  
ta.

stia  
ta i

partim Sixti V. simili oraculo. ibid. inter  
ejus Orac. n. 46.

*Hac facultate uti poterunt ii, quibus Superi-  
rior commiserit.*

## §. 2.

*Usus profanorum in paramenta.*

Vestes & pannos profanos in paramen-  
ta, & alios Ecclesiasticos usus, securâ con-  
scientiâ convertere possamus. Concessit  
Sixtus IV. Minoribus, vivæ voc. orac. non  
authentificato: ut ex eorum Comp. V. Orna-  
menta Ecclesiastica. §. 6.



# SACRAMEN- TA.

*Facultas ministrandi Sacramenta.*

¶ Osunt Nostri Christi fide-  
libus Eucharistiam & alia Sa-  
cramenta, sinè alicujus præ-  
judicio, ministrare, Diœce-  
sanorum locorum, Rectorum, Parochi-  
alium, & aliarum Ecclesiarum, aut quo-  
rumvis aliorum licentiâ minimè requisi-  
ta. Paulus III. pag. 7.

*Facultas quidem administrandi Eucharis-  
tiam omnibus Sacerdotibus conceditur, jux-  
ta id, quod dictum est verbo Eucharistia. §. 2.*

De